



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Hebetudo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Erat & alterius generis clavus, qui Septembribus Idibus ficebat per annos singulos in sacra Clavis annalium, adrum adiumentis, ad annorum numerum colligendum, quia paryus tunc erat literarum uetus isque clavus annalis appellabatur.

DE CUNEO. CAP. LVII.

Contra vero Cuneus, quae vel natura sunt solida, vel arte compacta, conglutinata & applicita sunt, discutit atque dissolvit, discissaque separantur, & a clavo totus diversus abit. Ideoque inter instrumenta necessitatis, quae fortuna operam suam subministrat, appingitur. Super eo est igitur dissendum.

DISSOLUTIO. CAP. LVIII.

Posito siquidem firmandi signo, quod per clavum indicatur, ubi scilicet fortuna quipiam stabilitate videatur, cum & eiusdem munus sit, ea quae firmissima judicentur in humanarum rerum iudiciorum dissolvere, loco dimovere, discutere, atque disjicare: additus est ad necessitatis insignia cuneus, qui nimis ut dictum, dissolvendi, discindendi, atque separandi symbolum est. Et veluti per clavum firmatum aliquid ostendimus, ita per cuneum, infirmatum aut loco dimotum indicamus. Additum & ahenea haec gestari manu, ut vicissitudinis hujus perpetuitas numquam defutura com-
Hinc Hora.
lib. 3. Cap.
ode 31.
Exegi mo-
monstretur: siquidem, ut saepe alibi docuimus, perpetuitatem indicat etiam: propterea quod rubigine numerationis
Aero peren-
non absuntur: ideoque Vegetius probat etiam clavos configendis navibus, quos ferreis anteponit,
nium.
quod eos tempore & humore celeriter rubigo consumat: illos etiam in fluctibus permanere incolunt manus estum sit.

DE UNCO. CAP. LIX.

Quae vero de Unco & Plumbo subsequuntur apud Horatium, eandem faciunt sententiam: si-
Quinetiam
forsan reper-
citudi, hinc
Pythag.

Γαυψό-

νηγα αι

τερέφενι

Quae sunt

unguis, un-

cus, nenus

scriptores saepe legimus: quare congruit uncus cuneo.

DE PLUMBO. CAP. LX.

Plumbum vero clavo per quam simile est, propterea quod eo infuso, & statuere, & alias operum difficultorumque moles cohærescant, & firmitate stabiliantur: & suae natura est adeo ponderosum, ut etiam si non ad operis adhibeatur firmitatem, quam difficulter loco dimoveas, per se valeat significare.

HEBETUDO. CAP. LXI.

Alioquin plumbum hebetudinis indicium est. Nam cum velocissima esse debeat mentis agitatio plumbum
ingenium.
in eo, qui acutioris ingenii laude commendandus sit, ubi quem tardiorum ad ea excitanda, consuenda, constituenda, adeunda, peragendave, quae usu veniunt, inspererimus, a contatione ipsa, vel ab immobilitate, plumbum ingenium per cavillum exprobramus. Unde in Tusculanis Ci-
Cicero in eis
pistolis ad Atticum.
cero: Ni Jane in Physicis plumbi sumus. Et pro inefficaci & inutili, atque inani sermone plumbum
Lib. 4. de finibus bonorum & malorum.
& D. An-
gusti, libri 3.
contra Ju-
lianum,
gladium, aut pugionem, apud eumdem Tullium invenias.

IN IQUITAS. CAP. LXII.

Illiud etiam in Divinis literis observatur, quod iniquitas per plumbum intelligitur. Iniquitas enim secundum Zacharia Prophetam yulum, super plumbi talentum sedet. Vetus enim ponderis modus est talen-